

**ANTONII
BARRA
PRACTICARUM
OBSERVATIONUM**

PRACTICARUM

OBSERVATIONUM

RERUM SINGULARIUM

IN FORO FREQVENTER OCCVRRENTIVM,

Decisionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium

C E N T U R I A E Q U I N Q U E

In quibus Civiles, Feudales, Canonice, Criminales, aliisque
materia continentur.

A V C T O R E

A N T O N I O B A R R A
IVRECONSVLTO NEAPOLITANO

In predictis Supremis Tribunalibus Advocate

A C O L I M

In Criminalibus Indice Magnae Curiae vicine

Cum Indice rerum omnium memorabilium lacupletissimo Per V.I.D.

Carolus Loffredo Auctoris Alumnus congesto.

O P V S N O N I N I V C V N D V M

S E D

Iudicibus, Advocatis, omnibusque in foro versantibus

Apprimè utile, & necessarium



N E A P O L I M D C L X X X V I .

Apud Salvatorem Castaldum Reg. Typogr. Superiorum permisso.

S V M P T I B V S I A C O B I R A I L L A R D .



ILLUSTRISSIMO DOMINO D. DIDACO SORIA, Y M O R A L E S

M A R C H I O N I C R I S P A N I

*Regni Neapolitani Rogiam Cancellarium Regenti, Status, Regisque
à latere Consiliario, ac generali Campania contra Exules
Superintendenti.*

ANTONIVS BARRA FELICITATEM.


Vid interest de Senecæ sententia ad Lucilium inter me-
tentem agricolam, & ferentem , hoc etiam inter cum,
qui jam paravit Mæcenatem , & qui parat ; immò verò
et si jucundius sit ex Attalo Philosopho amicum facere
Principem aliquem , quām habere ; utrumque tamen
suavius , opportuniusq; est meo quidem judicio , & habere , & facere.
Siquidem, illustrissime Domine, mecum ipse cumulatissimè gratulor ,
cùm prona in obsequium cervice , quin etiam corde uni tibi dicatas
ex integro velim legales hasce meas Observationum Centurias, non
tunc primò te meum parare , sed jam paravisse Mæcenatem . Iam
enim longa annorum serie amoris, & favoris tui emeritus sum stipen-
dia, tūm meis erga maximum meritum tuum exquisitis semper obse-
quiis , tūm etiam tuis erga eximiam observantiam meam ingentibus
beneficiis . At verò si benè rem metiar , non mihi tantum modò de
hoc gratulandum ; sed ferè omnibus, qui vix te novere de facie , cùm
tanta enim post longum temporis jactum uberrima floreat seges, tūm
benevolentia, tūm patrocinii tui , quanta omnibus non modò sit satis,
sed frugi ; atque cùm ipsa in hoc Neapolitano solo non herbescat mo-
dò , sed ultra spem, ultra votum attollat se , induatque in uberes cala-
mos

ECCELLENTISSIMO SIGNORE

IL Doctor Antonio Barra, espone à V. E; come desidera dare alle stampe un suo Libro, intitolato: *Practicarum Observationum rerum singularium cum pluribus decisionibus supremorum Regni Tribunalium*; & un'altro intitolato: *Enucleationum juris proprietatis, dominii, & possessio-
nis de Emptione pro persona nominanda, et fiduciariis actibus*; & un'altro intitolato: *Resolutiones Criminale*. Supplica V. E. si degni commettere la visione di detti libri ad alcuna persona dotta, che meglio parerà à V. E. e l'haverà à gratia, ut Deus, &c.

Mag. Emilius Gaudioſas videat, & referat.

CARRILLO R. SORIA R. MIROBALLVS R. IACCAR. PROVENZ. R.

Proviſum per Se E. Neap. die 11. Decembris 1684.

Anastasius.

EXCELLENTISSIME DOMINE

EGO ut morem geram Excellentiae Vestre libros evoluī, quorum tituli sunt; unus scilicet *Practicarum Observationum rerum singularium cum decisionibus supremorum Regni Tribunalium*, alius *Enucleationum juris proprietatis, dominii, & possessio-
nis de Emptione pro persona nominanda, & fiduciariis actibus*; Alter vero nempē, *Resolutiones Criminale*, Authore V.I.D. Antonio Barra Advocato primario in noslris supremis Tribunalibus, & olim integrissimo, & vigilanti Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus. Et quia nihil contrā Regalem jurisdictionem, ac bo-
ros mores in eis reperi; Quin immò si liber primus *Controversiarum Forisfium cum decisionibus supremorum Regni Neap. Tribunalium* in lucem proditus, multum lumini-
nis iegum Professoribus atculit, plenior insurgit spes ex prenarratis libris per eundem Authorem præmaturè congregatis, posse multum ad publicam conferre utilita-
tem. Ideò in lucem dandos, si Exc. Vestre, cui me submitto, ita videbitur existimo.
Neap. die 8. Julij 1685.

Excell. Vestre

*Humiliſſ. Serous
Emilius Antonius Gaudioſus*

Imprimatur, verum in publicatione servetur Regia Pragmatica.

CARRILLO R. SORIA R. MIROBALLVS R. IACCAR. PROVENZ. R.

Proviſum per Suam Excell. Neap. die 12. Ottobris 1685.

Anastasius

PRA-



PRACTICARUM OBSERVATIONUM RERVM SINGVLARIVM

Cum Decisionibus Supremorum Regni Neapolis Tribunalium.

CENTVRIA E QVINQUE

A V T H O R E

ANTONIO BARRA IVRE CONSVLTO,
& Advocate Neapolitano,

A C O L I M

IVDICE IN CRIMINALIBVS MAGNAE CVRIAEC VICARIAE.

CENTVRIA I.

OBSERVATIO I.

S V M M A R I V M .

- 1 **O**rdo quid sit?
- 2 **O**rdo in omnibus servandus est.
- 3 **V**otare prius debet, qui est dignior auctoritate.
- 4 **P**recedere debet antiquior inter Clericos, Canonicos, & Doctores, licet junior sit auctor, & quid inter alios?
- 5 **R**eligio antiquior aliis est preferenda.
- 6 **A**dvocatus auctor in proponendo, & allegando presertim Advocato Rei.
- 7 **T**orqueri prius debet debilior, quam robustior.
- 8 **M**ortuus prius presumitur pater,

quam filius.

- 9 **D**ebitor principalis prius est conveniens, quam fidejussor.
- 10 **O**rdo scripture attenditur, ut primum a Testatore eligat.
- 11 **T**utor, qui prius administravit, prius convenientius est.
- 12 **S**olutio in quam causam prius facienda sit a debitore ex pluribus causis?
- 13 **S**tipulatio, si interrogacionem praefuisse presumitur.
- 14 **D**octor iuvenis prius votare debet.
- 15 **A**dvocatus iuvenis prius Iudicem informare debet, quam Advocatus secundus.
- 16 **P**recedentiam inter aequales in dignitate si habet, in quo plures dignitates concurrunt.
- 17 **D**ignitas addita auget dignitatem.